



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Guillelmi Postelli De Repvblica**

**Postel, Guillaume**

**Lvgdvni Batavorvm, 1635**

Cap. XXVIII. Περὶ κλερ[...]χων, quos coloniis deducendis præfectos dicere  
possumus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65533)

204 DE REPUBLICA  
vocando scilicet dicti sunt. Ver-  
bum κλητέων præterea signifi-  
cat, testes adversum me audio:  
quod Aristophanes in Nebulis  
significat.

Τῶν ἐμῶν γ' ἕνεκα υἱὸν χρη-  
μάτων

ἔλκω σε κλητέοντα.

*Mearum certe pecuniarum gra-  
tia traham te in ius, testes adver-  
sum te auditurum.*

CAP. XXVIII.

Πεὶ κλητέων, quos colonis  
ducendis præfectos dice-  
re possumus.

**R**A T I O (ut sum proxime  
præfatus) dignitatis magi-  
stratum, aut, si illa deesset, ma-  
ior numerus, me coëgit cum ser-  
vare ordinẽ qui in operis discursu  
visus est: verum promiscue ut  
plura

Ver-  
 nifi-  
 lio:  
 ulis  
 rph-  
 ra  
 er-  
 me  
 gi-  
 a-  
 r-  
 r-  
 ut  
 ra

plura dicere sum eam ob rem co-  
 actus, ita nunc ad finem usque, ut  
 se offerent, sum singula profe-  
 quuturus. Solebant itaque κλη-  
 ρῆσαι colonos in urbes, aut priscae  
 Atheniensium possessionis, aut  
 nuper conquiritas, non satis ha-  
 bitatas, inscribere, destinareque  
 delectos, atque agrum regio-  
 num, & iuris ipsarum urbium  
 dividere, veluti pro sorte cuius-  
 que. unde vox κληρῆσαι, id est,  
 sortes habentium ducta est. qui  
 mos ut latius pateat, Libanii so-  
 phistae sententiam ex argumento  
 orationis Demosthenis περὶ τῆς  
 εἰς χερσονήσου, adducere visum  
 est. Erat, inquit, ea peninsu-  
 la quae Thraciae adhæret, Athe-  
 nensium antiqua possessio, in  
 quam Philippi regis tempore ad  
 continendam possessionem suos  
 κληρῆσαι miserant. Mos enim  
 ipsis erat, ut qui domi facultati-  
 bus essent destituti ( quod per  
 Ario-

Ariopagitarum diligentiam à Valerio scriptam, atque superius adductam statim resciri poterat) accepto illi cum armis viatico à Repub. in exterarum, aut nudas, cultoribusque vacantes, aut recens conquistas urbes mitterentur. Hæc ille. Quibus ipsis exemplis docemur quoniam hodie fit utendum remedio, ut tantæ populi multitudini aut per vim, calumniamve, aut per agnatorum multitudinem, aut quodam progenitorum scelere facultatibus omnibus destitutæ, egregie prospiciatur. Eam enim frequentiam populi, etiam illorum quorum maiores virtutis ergo erant laudem nobilitatis consequuti, videmus eousque crevisse, ut una hæreditas (si Caletenfium, Aquitanorumque morem, quorum primigenii male fratribus consulunt, excipias) iam ad unicolos redacta, vix possit singulis fratribus,

bu  
qu  
in  
re  
ra  
re  
du  
m  
ni  
ra  
ni  
ric  
pr  
co  
po  
ho  
ter  
leg  
fec  
inc  
tot  
ger  
ter  
tas  
int

A T H E N I E N S I V M. 207  
bus , vel hæredis nomen relin-  
quere, & ante paucos annos, nisi  
ingens vetuerit clades, sit nudos  
relictura nepotes, atque in despe-  
rationem adductura. Præterea  
rerum omnium venalium, con-  
ductitiarumque precia in im-  
mensum aucta, extremaque om-  
nia quæ æquitatis lancem supe-  
ravere, nos admonent multitudi-  
nis, & contentionis ergo in dete-  
riorem partē abire omnia. Qua-  
propter quum æmulationis, &  
contentionis vitium nunquam  
possit, & nescio si debeat, è medio  
hominum tolli, non impruden-  
ter Principes, & penes quos est  
legum authoritas, meo iudicio  
fecerint, si dato ad iter, & aliquot  
inde annos stipendio, & viatico,  
totam rebus destitutam, & per-  
gere volentem multitudinem in  
terras novas cultoribus destitu-  
tas mittant. Inde enim diviso  
inter illos agro novo, aut ex  
æquo

æquo, aut pro dignitate, fiscus facile ad principem ex vectigalibus redibit, miseris vero amplissime prospicietur, malis, & proscriptis hominibus, quibus ex rerum defectu peccandi consuetudo est in habitum versa, purgabitur culta regio, nec erit ubi, etiam si maxime velint, furandi intenes exerceant consuetudinem. Hac arte olim Athenienses, Lacedæmonios, Græcos, Romanos, Gallos usos legimus. De his aliquando locum mihi dicendi apud Principem cupiebam vehementius, antequam tua prudentia Poiete apud eundem impetratum intellexi, quod summo opere suadere conabar. O felicem Franciscum Regem tali Cancellario, O fœliciozem Cancellarium tali rege: verum utrū, præter dignitatem, magis beatum existimē, ægre sane iudico. Ille literatos, literasque excitat præ-

præmiis, benevolentia : hic illos  
 perquiri, evehit ad præmium.  
 Ille iustissime imperando, om-  
 nium demeretur animos: is æqui-  
 ratem summam observando, nul-  
 li non satisfacit. Tutatur omnes  
 Franciscus, per eum Poietus om-  
 nibus prospectum curat. Ille vir-  
 tutis, & literarum omnium abso-  
 lutam quandam possessionem ha-  
 beri curavit, is etiam ipsi posses-  
 sioni suam adsignari locum sum-  
 mopere contendit. Et ut semel  
 finiam, Augustum ille, is ab infe-  
 ris Mæcenatem revocavit. Ve-  
 rum quum hac eloquendi tenui-  
 tate utriusque laudes imminuam  
 potius, quam augeam, ad cætera  
 progredior.

O C A P.